

GEORGII
AGRICOLAE MEDICI
BERMANNVS, SIVE
DE RE METALLICA.

171.



FRO BEN

Basileæ, in ædibus Frobennianis
Anno M. D. XXX.

ciplumbei coloris ex eo resplendent, etiam
cum abunde argētum ex eo excoquitur:
quod si eius cēmodi nō adſint, minus. Re
ſtat ruffum, quod uel ipsum, quanto plus
ē prioribus argenti generibus in ſe conti
net, tanto argenti maior ex eo copia fit.
Sed illud uidere nunc non poſſimus.

N A E. Videbimus ſuo tempore & loco,
Plini potiſſimū gratia, qui nō niſi ē duo/
bus hiſ terrarum generibus, & Galena ar
gentū excoqui poſſe nouit, aut certe me
moriā, ſi ex alijs fieri nouit, non tradidit.

B E R. Sunt idem quod ego. Sed anteque
ex hoc domicilio egrediamur, genus quodd,
dam præterea uobis oſtendam, quod me
callorum in numero eſt, ſed ueteribus, ut
mihi uidetur, incognitum. Biſemutū noſ
ſtri appellant. N A E. Plura igitur quam
hæc peruulgata & nota ſep̄tē tua ſenten
cia metallorum genera erunt. B E R.

Plura arbitror, nam hoc quod modo Biſe
mutū in noſtros appellare dixi, neque recte
plumbum candidum, neque nigrum dice
re potes, ſed ab utroque diſtant, & tertium
quiddam eſt. Si quidem, ut cætera quibus
ab hiſ ipſis diſferat taccam, plumbum can
didum

didum eo candidius, nigrum obscurius,
ut uidetis, est. N A E . Videmus quidem
ipsum Galenæ etiā colore simile. B E R .
Ita apparet. A N . Quomodo uero Bisel-
lum, ita enim appellare tu uidebare, à
Galena discerni potest. B E R . Facile, cū
id ipsum manibus tractaueris, eas nigro-
re quodam, nisi planè solidum fuerit, infi-
cit. Solidum uero friabile ut Galena non
est, sed scinditur. Nigrius autem aliquan-
to est argenti rudis genere, quod plumbi
ferè colore esse diximus, atq; ita ab utro-
que seiungitur. Continet uero in se nō ra-
ro aliquid argenti. Quo etiam loco effo-
ditur, argentum plerunq; subesse signifi-
cat, & ob id metallici nostri tectum argē-
ti ipsum dicere cōsueuerunt. Torrere idē
solent, atq; ex eius posteriori parte metallū,
è uiliori cerulei quoddam genus non cō-
temnendum conficiunt. N A E . Possunt
ne ex hoc genere metalli, ut ex utroq; plū
bo uasa conflare. B E R . Possunt, nam ali-
qua plumbi portione adiccta, pocula ex
eo fiunt haudquaquam ingrata. A N . Equi-
dem nec apud Arabes, qui aliquot secu-
lis Chymicen Græcos imitati præcate-
ris